UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui Guinnoci ludimagistri

Spauter, Johannes de

Argentorati, Anno, M. D. XV.

Aduerbia in o. & in um.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70853

Visual Library

poni põt. Cice. de amicitia. Tãta eſt inter eos q̃ta maxima põt mo⸗
rum, ſtudiorũq; diſtãtia. In illo Teren. Poſt illa tẽpora tu ſcis q̃ inti⸗
mũ te habuerim, poſitiuus eſt, ſicut proximus, & aliqñ poſtremus.
Per, perq̃; &c. etiã uerbis iungũtur, ut ꝓuelim, perq̃ꝓuelim, ꝓplacet.
Inter hęc nõnunq̃ aliquid ponit. Idẽ. per pol q̃ paucos. i. pol perq̃
paucos, quia perpol latinũ non eſt, licet Perot. & Calepi. ponãt. Ni⸗
miſq; etiã ſignificat ualde cũ poſitiuo. Q; ꝓ ualde ſuꝑlatiuũ petit, ut
q̃ doctiſſimus. i. ualde doctus, ſed tũ caſum ſuꝑlatiui propriũ nõ ad⸗
dimus, teſte Valla. Q; etiã cõparatiuis bene iungũtur, ubi cõparati
onem dicunt, ut ego tam te doctior q̃ tu me fortior. Cũ ſuꝑlatiuo
frequentius. Salu. Q; quiſq; peſſime fecit tam maxime tutus eſt. So⸗
lent etiã poni tam & q̃ ſeparatim in ſignificatione uehemẽtię, Cice.
In tam optima cauſa non debeo timere. i. in tam ualde bona. Tu es
homo q̃ iucũdiſſimus. i. ualde & uehemẽter iucũdus. Tam & q̃ ꝓ
tãtũ q̃tũ, etiã poſitiuo iunguntur, ut es tam bonus q̃ doctus.

Aduerbia in o, & in um.

Quãdoquidẽ ablatiuus cõparatiuorũ ꝓprius eſt, aduerbia in o ipſi
quadrant, & eius uim habẽt, & nõnunq̃ ſuperlatiuo, ueluti multo
doctior, paulo maior, tãto fortior quãto neruoſior. Cice. Quãto ſu
periores ſumus, tãto nos ſummiſſius geramus. Quo deterior eo uel
hoc fortunatior, quo. i. quãto eo uel hoc. i. tãto pulchellę uoculę. Sa
lomon. Multo melius eſt nõ uouere q̃ uota nõ reddere. Quinti. lib.
ij. inſti. Quo quiſq; ingenio minus ualet, hoc ſe magis attollere ac di
latare conatur. de Superlatiuo Catullus. Tanto peſſimus omniũ poe
ta, quãto tu optimus omniũ patronus. Vim habẽtia ſunt ſecus, aliter
quę idem dicũt, poſt ante præſto, malo, antecedo, antecello, excello,
uel excelleo, & his ſimilia. Terẽ. uerũ aliter euenire multo intelligit.
Euenit paulo ſecus, atq; putarã, atq; ac poſt, aliter, ſecus, alius &c.
ſignificat q̃. Cice. Multo ſecus euenit. Quinti. At quãto alius fuit ille
infœliciſſimi iuuenis affectus. Salu. Multo pręſtat beneficij q̃ maleſi
cij memorẽ eſſe. pręſtat, id eſt melius eſt, ut mlto pręſtat inuidioſum
eſſe q̃ miſerandũ, multo excellit &c. pauloante q̃ tu ueni. nos elegã
tiã ꝑcipimus. nã in um. dictis etiã iũgunt cõparatiuis & uerbis &c.
ſed minus elegãter, ut multũ pręſtat multũ doctior &c. Iuue. Deſpi⸗
ciã q ſit q̃ntũ ſublimior atlas. Terẽ. Frater eſt ad rem aliquãtulũ aui
dior. Quinti. Negocia paulũ tenuiora. Poteris igit ſic loqui. citra tñ
affectationẽ, quia nihil odioſius teſte Fabio. nam hæc in um potius
gaudent poſitiuo & uerbis, ut multũ doctus paulũ amat, quãtũ po
tes, tãtũ elabora, non quãto tãto, ſed bene paulo, uel paulũ poſt ha⸗

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bui negocia mea tuis.ſic aliq̃ntum,aliq̃ntulũ,parũ,minimũ.i.ualde
parũ,ſed minime negatio eſt,& ſignificat nõ,minimũ doctus q paꝝ
nouit.minime doctus qui nihil nouit. Lactã. Pręter morẽ oratorũ
dixit,quãto frequẽter impellit̃,tanto firmiter roborat̃,ꝑ frequẽtius
& firmius. & Boetius.paulo ęquales,ꝑ paulũ,neutrũ imitabimur ſi
Valle audimus.Lanci.oſtẽdit hęc in o etiã poſitiuis & uerbis aliqñ
recte iungi,quia intelligit̃ ait motu,impetu,uel quid ſimile, & ſic ni-
titur defendere,quos Valla taxat,piã,ꝓfecto rem facit Lanci. Tu tñ
elegãtiſſimũ elegãtię p̃ceptorẽ Vallam ſemꝑ imitare,p̃terq̃ꝫ forte in
paucíſſimis a nobis interim manifeſtatis. Venuſte certe locutus eſt
Maro.O p̄ſtãs animi iuuenis q̃ꝫtũ ipſe feroci Virtute exuperas,tãto
me impenſius ęquũ eſt Cõſulere. & Quinti.Cõcẽtus quãto eſt uehe
mentior,tãtũ romana in bellis gloria cęteris p̄ſtat.idẽ.li.ij.declamã-
di ratio,ut eſt ex oĩbus nouiſſime inuẽta, ita & multo eſt utiliſſima.
dicit Laurẽ.in duobus p̃cedentibus alit̃ loq nõ licuiſſe, in quo uidet̃
mihi ſibi cõtrarius,qa multo p̄ſtat,ita recte dicit̃,ut multũ p̄ſtat.

Longe,facile,nimirũ,valde.

Longe pro ualde cõparatiuo,ſuꝑlatiuoq̃ꝫ gaudet,& uim horũ ha-
bentibus,ut ſunt ante,poſt,aliter,ſecus,p̄ſtat &c̃. Virgi. At pedibus
longe melior Lycus. Quintili. Longe omniũ quos quidẽ mihi audi
re cõtigit,p̄ſtantiſſimus dñicus apher,ſic lõge filiorũ minimus eſt Io
annes,lõge minimũ ſcit Ioãnes non minime,quia mera negatio eſt.
Eiſdẽ iungit̃ facile,ꝑ nõ dubie,& nimirũ,ꝑ eodẽ uel ꝑ ualde. Cice,ꝑ
Rabirio. Virũ unũ totius gręcię facile doctiſſimũ Platonẽ. Quintil.
Lõge p̃cedunt ingenia iuuentiũ,ſic longe p̄ſtat, longe uincit,longe,
ſecus,aliter,alius,diuerſus,abſiſis,diſpar,& diuerſitatis id genus alia.
longe uel facile princeps p̃cipuus. Cice. pro Roſcio, Virtute, exiſti-
matione,nobilitate facile principẽ. Quinti. Nouẽ ꝟo lyricorũ Pyn
darus facile princeps,nimirũ doctiſſimus &c. ſed nimiũ reuerẽdus,
quia reuerẽdiſſimus doctiſſimi non dicũt,de quo al's diſputauimus,
facile primus,ſũmus,quod ſuꝑlatiuũ uidet̃ eſſe ſine abſoluto & me
dio. Nã excelſus docuimus facere excelſiſſimus,longe uel facile ſecũ
dus &c.non reſpicimus ordinẽ,ſed dignitãtẽ. Tu es facile a rege ſecũ
dus,id eſt indubie poſt regem primus,ualde poſitiuis datur. Si quis
igitur cõparare uelit perdoctus,nõ dicat perdoctior perdoctiſſimus
ſed multo doctior,q̃ꝫ doctiſſimus &c. Princeps,p̃cipuus,eximius &
quędã alia,quia uim ſuperlatiuã habẽt,etiã regũt genitiuũ pluralẽ.
Lucanus. O ſũmos hominũ quorũ fortuna per orbem Signa dedit
quia multi dicunt eſſe abſolutũ ſiue poſitiuũ. Iuue. Pręcipuus tamẽ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN